



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

306. feria 6. de Pietate

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Feria 6. Domin. 19 post Pentecost. 539*

ab Apostolis perpetuis comitibus, aut à Pharisæis observantibus, aut à iudicibus corruptis, aut ab ipso diabolo tentante, omnes habet testes suæ innocentia. Ob hanc corpus suum templum compellabat: *Dissoluite hoc templum: in quo nihil profanum, leve, sed divina omnia, puritate referta.*

*Conf. 3. Actiones ejus. 1. Amorem rerum visibilium, honorum, voluptatum, divitiarum, deponere. 2. Nec seipsum, nec sua nimis amare. 3. Cor à malis, & vanis apprehensionibus emundare. 4. Immunem se à peccatis levibus, & gravibus servare. 5. Mentem Deo, & cælestibus inhærere.*

### MEDITATIO CCCVI.

*Feria 6. Domin. 19. post Pentecost.*

#### *De Pietate.*

**A**spiciam Dominum JESVM Pietate plenissimum erga omnes, etiam tentantes se, imò & proditorem, & percussorem. Peccatam eum imitari.

*Conf. 1. Pietas est virtus, quâ Parentibus, Fratribus, tam carnalibus, quàm spiritualibus, cultum honorem, ac reverentiam, & officium, subventionem, & defensionem tribuimus.*

*Conf. 2. Incitamenta. 1. Præceptum DEI: Honora Patrem, &c. 2. A bestiis ad pietatem*

940 *Feria 6. Domin. 19. post Pentecost.*  
movemur. 3. Christus moriens pietatis erga  
Parentem specimen dedit, quòd aliàs passim  
totà vità erga fratres suos secundùm car-  
nem Judæos, & Discipulos præstitit, ipsique  
Malcho refudit auditum demonstrans & ipsos  
(Judæos) se convertantur, posse sanari & ab  
æterna damnatione liberari, qui in Passione  
Domini vulnerati sunt, ita D. Ambrosius in  
Luc. cap. 22. Denique non solùm à pecca-  
tis, sed etiam malis alijs corporis, & animæ,  
damnisque temporalibus homines passim  
liberabat etiam miraculis adhibitis.

*Conf. 3. Actiones ejus. 1. Parentes nostros  
agnoscere, in debita existimatione habere,  
& eorum sortem, quamvis abjectam, non  
crubescere. 2. Parentes verbis, & externis ve-  
nerationis signis honorare, & ab omni eo,  
quod eos contristat, abstinere. 3. Subsidia  
illis egentibus, & defensionem præbere. 4.  
Incommoda ab illis illata: convitia, & ad-  
missa vitia senectutis tolerare, & pruden-  
ter tegere. 5. Hæc eadem officia fratribus &  
cognatis præstare. 6. Patriam nobilitare, &  
ad viam virtutis adducere. 7. Patriam, &  
cognatos, si adversus Legem Dei impellant,  
pro nihilo habere; sic Christus reli-  
quit domum Israël de-  
sertam,*

MEDI.